

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Copulata super tres libros De anima Aristotelis iuxta doctrinam Thomae Aquinatis

Lambertus <de Monte Domini>

[Köln], um 1486

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-327210](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-327210)

Prohemium De Anima

In
initio libri
de anima.

Que

ritur primo
Utrum de aia
sit scientia.

Dicendum qd
sic. Quia de
illo est scien-

tia qd habet passiones p principia de ipso demōstrabiles. sed sic est de aia. ergo de aia est scientia. Maior patet quia eadem requirunt ad demōstrationē et sciam. quia demōstratio est syllogismus faciens scire. sed ista sufficiunt et requirunt ad demōstrationē sicut p3 in principio primi posterior. Minor ostenditur quia principia aie sunt illa qd ponuntur in diffinitione aie. et hoc est de intentione Aristotelis. ij. posterior qd ponit ad hoc duas causas. Prima est qd idē sunt quid et propter quid. Et idem sunt diffinitio que est ea diffinitio. et diffinitio que est mediū demōstrationis. Secunda est qd dicit qd diffinitio ē mediū demōstrationis potissime. Passiones autē sunt potentie aie. Potest enim aia dupl. capi. Uno mō vt gen^o fm qd se extēdit ad aiam vegetatiuā sensitivā et intellectivā. et sic aie potentia est viuificare siue vitā dare. Alio mō accipitur aia fm duēdas eius spēs et sic aie potentie sunt ei⁹ passiones. Potest ergo sic fieri demōstratio. Omnis actus primus substantialis corporis phisici organici est viuificans. Sed aia est act⁹ primus et. ergo aia ē viuificans. Et hoc ē qd alij sic demonstrant. Omnis act⁹ prim⁹ substantialis et. est principiu opationū vitalium. Sed aia est hmoi ergo et.

Arguitur. Omnis passio realiter dicitur distinguī a suo subiecto. sed viuificare non distinguī ab aia. ergo nō est eius passio. Minor p3 qz vita et anima idem sunt vt dicit Aristot. in primo elenchorū circa fallaciam fm nō causā. Dicendum qd viuificare capitur dupliciter. Uno mō fm qd est primam vitam facere id est dare eē vitale. et sic non distinguī viuificare ab anima. Quod sic pbatur. quia nullus effectus cause formalis realiter distinguītur a sua causa. sicut albere nō distinguītur ab albedine sed albefacere quia albefacere fuit ab albedine in genere cause efficiētis sed albere in genere cause formalis. sic etiam animare non distinguī ab anima. et hoc modo dicitur in secundo hmoi qd viuere in viuē

tibus est esse. Alio modo accipitur viuificare vt est vitam secundā facere. i. opationes vitales dare. et sic videre est viuere. audire est viuere. et sic de alijs opationibus. et sic viuificare distinguītur realiter ab anima. Si ergo querat quō debet hic capi viuificare. Dicendum qd potest hī capi vtroqz modo. Et ad argumentum ppositum dicendum qd non oportet semper qualibet passionem distinguī realiter a suo subiecto. imo sunt multe passiones tam in realibus qz in entibus rationis que non possunt realiter distinguī a suo subiecto. In realibus patet. quia de⁹ habet passiones que de ipso non distinguuntur. Et etiam substantia est res realis et tñ eius vltima proprietates scilicet esse susceptibilem contrariorum non distinguītur ab ipsa realiter. nam si esse susceptibile contrariorum eēt accēs substantie et non ipsa substantia. tunc esset processus in infinitum in accidentibus. quia illa susceptibilitas presupponeret aliam susceptibilitatem et illa iterum aliam et sic in infinitum. In entibus rōnis p3 de vniuersali et pdicabili.

Arguitur. Videtur qd potentie anime non possunt dici passiones anime. probat. quia omnis passio fuit ab illo quod est completum subiectum. sed sunt multe potentie que non sunt in anima tñ sed in corpore et in anima. sicut sunt potentie vegetatiue et sensitue. ergo tales potentie non possunt dici passiones anime. Dicendum qd duplices sunt potentie ipsius anime. Quedam sunt intellectiue que sunt in anima tñ. vt intellectus agens. possibilis et voluntas. Et de illis potentijs non est dubium quin sint perfecte proprietates anime. quia fiunt ab anima tanqz a completo subiecto. Alie sunt potentie que fiunt ab anima et corpore simul. sicut sunt potentie vegetatiue et sensitue. Et de illis est dicendum. qd quis tales potentie non fiunt ab anima sicut a completo subiecto. fiunt tamē ab anima sicut ex completo principio et sicut ex subiecto principali. quia quis ille potentie sunt i aia et corpore sunt tñ principali⁹ in aia qz corpore. et ideo demōstrantur de anima sicut de subiecto principali quis non totali. Et per hoc soluitur illud argumentum quo argui solz. Quicquid non habet eē per se non habet passiones p se. Sed anima ē hmoi. Maior pbatur. quia act⁹ secundus psupponit actum primū. Dicendum qd loquendo de aia rōnali. tunc anima hz esse p se fm aptitudinem. et sic in ipsa possunt esse plete passiones et pfecte. Loquendo autē de aia in rōnum. Dicendum est qd illud qd hz passiones sicut ppletum subiectum passionū hoc

h3 esse p se. sed anime sensitua & vegetatiua nō sūt ppletum subiectū passionū. sed sūt ppletū cū corpe. & sic nō oportet q̄ ille aie habeat esse p se. Et sic hō qui ē subiectū n̄sibilis p se subsistit qz hō est cōpletū subiectū n̄sibilis. Et p̄ dari sile de passionib⁹ q̄ principaliter sūt a corpe q̄uis sūt p se toti inexistentes. sicut ē corruptibile. q̄ q̄uis sit passio toti⁹ corpis mixti. tñ p̄ncipali⁹ sūt ex materia q̄ est origo corruptibilitatis. Sic etiā est dicendū de istis potentijs. qz q̄uis potentie sūt in toto pposito. tñ p̄ncipali⁹ sūt ab anima q̄ corpe

Arguitur. Omnis scientia est habit⁹ intellectualis. Tunc sic. de illo nō est scientia quod nō p̄t p̄ intellectū apprehendi. sed aia nō p̄t p̄ intellectū apprehendi ergo rē. Minor patz qz hoc nō p̄t apprehēdi p̄ intellectū qd nō potest cadere sub sensu. s3 aia nō p̄t cadere sub sensu. ergo rē. Minor pbat. qz nihil est in intellectu qui prius fuit in sensu. Dicendū q̄ dupl̄ aliqd̄ cadit sub sensu. Uno mō fm se & p se. & sic nō solum anima sed nulla suba cadit sub sensu quia ois substantia est sensibile p̄ accidens. Alio mō aliquid cadit sub sensu fm aliqd̄ accēs eius et sic substantie sensibiles cadūt sub sensu. sic p̄z de hōie cui⁹ substantia nō videt sed color. sic etiā dicendū est de aia. qz aia cadit sub sensu fm effect⁹ eius. vt est viuere qz ex sensu cognoscimus aliquē viuere. & sic infra dicitur q̄ aia est q̄dam mō difficilis cognitionis s3 q̄ ad quid ē & facilis cognitionis quo ad qz est. sufficit ergo ad cognitionem intellectuā q̄ aliquid aliquo modo cadat sub sensu.

Arguitur. De infinitis non est scientia. sed aie sūt infinite. ergo de aia nō est scia. Minor patz qz tot sūt aie q̄ sūt corpa aiata. sed talia sūt infinita qz nō tot quin plura. ergo de aia nō est scientia. Dicendū q̄ aie capiūtur dupliciter. Uno mō ad numerū & sic sūt infinite. i. indeterminate. qz sic nō est numerus earū determinatus. nec quo ad nos nec q̄ ad naturā. Alio mō accipiunt aie fm species fm q̄ cadunt sub arte & sic nō sūt infinite quo ad naturā. quia natura determinauit eas certū numerū. sed sūt infinite quo ad nos. Et si dicat. ergo nos non habemus scientiam de aia. Dicendū q̄ de aia dupliciter potest esse scientia. Uno mō q̄ntum ad carū numerū & sic fm est q̄ nos nō habem⁹ de animabus sciam. qz numerū sp̄z animarū scire nō possum⁹. Alio mō accipiuntur aie scdm q̄ referunt ad suas potentias. & sic aia non habet infinitatē. qz nō h3 potētias infinitas sed finitas & sic de aia est scientia

Arguitur. Anima nō ē speciosa. ergo de ea nō est scientia. An̄s patz. qz nō ē vniuersale cū d̄ rōne vniuersal sit cū vni totū. Dicendū q̄ ad hoc q̄ de aliquo sit scientia sufficit q̄ habeat modū speciei. in hoc sc3 q̄ habeat diffinitiones & passionē que sūt ex principijs speciei. Et tō de in diuiduis nō est scia qz nō hnt diffinitiones nec passionē de ipsis demonstrabiles. Un̄ etiā cōmō ens p̄t dici sp̄s. qz h3 aliquid loco diffinitionis & passionis. & omne quod non est indiuiduum p̄t dici species.

Queritur. Utrū scientia de anima sit vna. Dicendū q̄ sic. Un̄ ratio est. qz illa scientia est vna que h3 vni subiectū fm vnā formalē fōz p̄siderādi. qz ex foili rōne p̄siderādi sūt d̄ra scie vt patz p̄mo postē. S3 ista scia h3 vni subiectū fm vnā formalē rationē considerandi. ergo est vna scientia simpliciter. Minor patebit inferius in assignatione subiecti

Arguitur. Illa que sūt diuersoz generum nō cadunt sub aliqua scientia vna. sed aie scilicet vegetatiua sensitua & intellectua sūt diuersoz r̄n generū. ergo de ipsis nō est scia vna. Dicendū q̄ genus capit tripliciter. sc3 p̄ genere loyco. p̄ fisico. & p̄ genere scibili. Genus loycū est qd fm aptitudinē predicatur de plurib⁹ speciebus. Genus physicū qd h3 aptitudinē ad plures formas siue substantiales siue accidentales. Genus scibile est quod h3 ordines ad multas passionē. Per hoc ergo dicendum est. q̄ illa q̄ sūt diuersoz generū scibilium nō cadunt sub vna scientia quia in eis diuersificatur formalis ratio p̄siderandi. Sed illa que sūt diuersoz generū loycalū vel physicalū p̄nt esse sub vna scientia. Sicut patet de subiecto et passione qz p̄nt habere vnā formalē rōz p̄siderādi. Iste aut̄ aie sūt diuersoz generū physicaliuz qz habent alia p̄pria subiecta. Est em̄ alia dispositio materie in qua est anima rōnalis. & alia in qua est aia sensitua. & sic de alijs.

Queritur. Utrū scientia de aia sit physica. Dicendū q̄ sic. Un̄ ratio potest esse duplex. Prima. Illa scientia est physica que determinat de ente mobili vel de aliqua eius pte. S3 sic est de ista scientia. ergo est physica. Quamuis em̄ aia nō sit ps subiectua entis mobilis. est tñ ps integralis alicui⁹ entis mobilis sc3 corporis aiati. qz corpus aiati constituit ex aia et corpe sicut ex ptib⁹. Secūda ratio. Illa scientia est physica que p̄siderat de forma que necessario habet esse in materia. vel fieri. sed sic est de aia qz necessario habet esse in materia. loquēdo de aia vegetatiua et sensitua. Anima autem in

Ratio
in d̄ra sub sensu
alio

Ratio
in d̄ra sub sensu
alio